



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 5. Restrictio, æquivocatio in fide.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

QUÆSTIO V. Restrictio, & equivocatio  
in fide.

**A**N Catholicus de fide interrogatus possit utrī restrictione saltem non purè mentali, que oritur ex circumstantiis extrinsecis, aut verbis æquivocis, aut amphibologicis, per quae praesentes fidei negationem intelligent, ethi loquenti aliud significent?

**R**Esp. negativè. Quia ex tali responso eadem mala sequuntur in animis audientium, idemque fidei contemptus, qui sequeretur ex simplici fidei negatione: ergo ejusmodi responsa in materia fidei debent esse graviter prohibita, propter damna gravissima inde consequentia. Hinc graviter peccaret, qui interrogatus auctoritate sive publica, sive privata, diceret se esse Puritanum, etsi per hoc in animo intelligeret, se esse amatorem puritatis. Item, qui negaret se esse Papistam, intelligendo, se non esse de familia Papæ: Aut negaret se esse Catholicum Romanum, intelligendo, natum Romæ: aut qui diceret Sanctos non esse conlendos, scil. cultu divino: aut se damnare cultum imaginem, etsi per hoc, imagines dæmonum, sola mente subaudiret.

QUÆSTIO VI. Interrogatus de Sacerdotio.

**A**N Presbyter, ut evadat periculum, possit salvâ fide negare se esse Sacerdotem aut Religiosum?

**R**Esp. affirmativè: quia per hoc nullo modo negat se esse Catholicum: potest enim esse